168. Turbo exiguus cum tribus tuberculis eminentibus in corpore faſciis circumdato variorum colorum cum ore longo, & anguſto, in labro verò coloris flavi.

169. Turbo mucronibus armatus, fuligine tinctus cum lineis pullis, teſta ſolida circumdatus, plenus tuberculis acuminatis revolutis.

170. Turbo albus.
Alius lividus.

171. Turbo de cono depreſſo ſulcatus atque rugatus cum ore anguſto, ſed labro vaſto in foras tendente coloris albi, cinerei, & aurei.

172. Turbo undatus per tranſverſum cum rimulis ordinatim diſtinctis faſciis cinctus per longum coloris aurei in aurea alba, cum ore revoluto, ac labro dentibus munito, & rugato.

173. Turbo cum ore ampliore dentibus armato, cum puſtulis ſulcatis ſupra quaſdam rimulas per longum, cinctus etiam faſciis coloris albi, vinacei, caſtanei, & clari.

174. Turbo cum rugis ſulcis, & dentibus coloris ferrei, ore verò anguſto.

175. Turbo albus cum ſulcis minutiſſimis coronatus in baſe corporis.

176. Turbo de ſubſtantia Onychina, ſulcatus, rugatuſque per tranſverſum cum dentibus lineatim poſitis ſupra corpus, & ſupra primam ſpiram, cum tribus quaſi pendicibus acuminatis ſupra os, & ex parte altera cum cingulo, quod perducitur uſque ad ultimam ſpiram.

177. Turbo albus rete circumdatus, & dentibus armatus minutis cum quibusdam maculis citrini coloris, & cum quinque ſpiris.

178. Turbo cum ſulcis depreſſis coronatus in extremitate corporis, & ſupra primam ſpiram dentibus munitus, coloris terrei.

179. Turbo tuberculis refertus, atque ſulcis revolutis per tranſverſum coloris terrei mixti punctulis croceis cum teſta craſſa.

180. Turbo auritus levigatus omnino denticulatus, atque ſtriis diſtinctus, in ore coloris marmorei cum punctulis flavis, & claris.

181. Turbo albus cum ore intus ducto in arcum, cum dentibus ſupra labrum cum macula oſſei coloris, ſulcis atque mucronibus coopertus per totum.

182. Turbo albus cum corona, ſulcatus per tranſverſum, incipiens a medio ore, & ex parte altera ferè uſque ad finem corporis minutis rugis complicatus ſupra primam ſpiram, & minutim coronatus.

183. Turbo cum ventre tumefacto coloris terrei, cum ore lato, & dentibus munito cum tribus filis ſubtilibus in fine corpo-

poris, & in fine ſingularum ſpirarum.

184. Turbo ſubtilis de colore terræ flavæ.

185. Turbo cum ſulcis altis in ſuperiori parte duplicatis, plicatiſque cum ore lato rugis, ſulciſque diſtincto.

186. Turbo exiguus carnei coloris cum puſtulis in fine corporis, & in fine omnium ſpirarum.

187. Turbo albus cum labro levigato conſperſo ſupra corpus, minutis retibus ornatus.

188. Turbo ſubtilis cum ore longo, & anguſto cum quatuor plicaturis elevatis ſupra labrum coloris marmorei terrei.

189. Turbo ſex ſpirarum, levigatus, punctulis diſtinctus lineatim ductis cum fundo coloris Margaritæ.

190. Turbo Vermis rariſſimus minutim ſulcatus in ordine per longum cum ore rotundo in foras aperto poſt quintam ſpiram tumeſcit, & paulatim minuitur uſque ad ultimam, in qua perficit rotunditatem, coloris cinerei.

Aliique Turbines exigui, ſed pulchri admodum, & præelegantes

191. Turbo Strigis ſemicularibus, ſtrigis autem planis rugoſus, frequenter invenitur albus vel plumbeus, aliquando flaveſcens, & violaceo colore in aqua diluto tinctus, raro punctis fulvis, & rufeſcentibus aſperſus.

192. Turbo in Spongiarum cavitatibus vivens, frequenter in Mari Adriatico. Orbes habet mira arte compoſitos ex teſta, quæ videtur primum rotundata, deindè in ſpiras circumtorta, & funiculis frequenter connexus, ut plurimum candido colore, funiculi autem lividis punctis rubicundis flavis & Conchyliatis diſtincti, aliquando invenitur aureus, vel roſeus albis filis ligatus.

Conchæ Venereæ variarum ſpecierum.

N. 1. Concha Venerea Americana magnitudinis trium ovorum gallinaceorum, coloris pallidi verſus os, & reliqua tanquam venter Cervi.

2. Alia Concha ſimilis clarior cum lineis aurei coloris.

3. Concha Venerea minor ſupradicti coloris.

4. Concha Venerea coloris Achates, Margaritæ, & Argenti.

5. Concha Venerea de colore Anguis.

6. Concha Venerea punctulis diſtincta vinaceis.

7. Sex Conchæ Venereæ de coloribus mixtis, argentinis venatis, inſuper de colore ut pilus leporis.

8. Concha Venerea de colore ſicut folia emortua arborum cum tribus faſciolis per tranſverſum argentini coloris.

9. Concha Venerea coloris Achates punctulis diſtincta, coloris ut Lupi de Moſcovia.

10. Concha Venerea de colore ut collum Anatis maſculi cognomento regalis.

11. Concha Venerea nuncupata Tigris ob maculas ſimiles pelli

ipſius

Digitized by Google

ipſius animalis, in ejus dorſo percurrit faſciola ſanguinei coloris.

N.12. Concha Venerea de colore ut collum Turdi avis.

13. Concha Venerea diſtincta punctulis de colore Corni fructus.

14. Concha Venerea diſtincta punctulis de colore ut collum Sturni avis.

15. Concha Venerea de colore Teſtudinis.

16. Aliæ duæ Conchæ ſimiles, ſed de colore clariore.

17. Duæ Conchæ Venereæ lacteæ ita dictæ quod ejus candorem imitentur, longiores quam ovum gallinaceum, & magis quam aliæ habent elevatos hiatus, ſive aquæ ductus, hiatus oris non eſt rectus, ſed quaſi ſemilunaris, caret dentibus, & eſt aliquantulum rugoſus, ex altera partis interioris, eſt albus, & flavus clarus.

18. Concha Venerea exigua, lucida, levigata, & alba cum labris erenis diſſimiliter ſignatis, ex parte convexa tumeſcit ſicut dorſum Cameli, in partibus verò lateralibus, habet quatuor tumefactiones, conſideratur tanquam nummus ſive moneta quæ impendi ſolet in Chongo.

19. Concha Venerea exigua, quæ erigitur ſive elevatur in parte convexa cum ſolo viridi colore in ipſa.

20. Concha Venerea ſimilis lividi coloris, ejus dorſum circumdante ſubtili filo aurei coloris.

21. Concha Venerea magna diſtincta venis caſtanei coloris, cum fundo coloris Charchidonis, punctulis diſtincta de colore ut pluma Pavonis.

22. Duæ Conchæ Venereæ circumductæ de colore caſtaneo pullo, & in dorſo diſtinctæ maculis de colore radicis Nucis Indicæ, nuncupatæ verò Teſtudo Marina

23. Concha Venerea faſciolis cincta de colore Charchedonis claro, & ſimul umbroſo.

N.24. Concha Venerea ſimilis, magis exigua magiſque colorata.

25. Duæ aliæ Conchæ coloris flavi antiqui faſciolis circumdatæ.

26. Tres aliæ Conchæ cum veſtigio Turbinis in extremitate maculatæ de colore Felini oculi cum viridi, prima earum eſt nitidior altera.

27. Duæ aliæ Conchæ cum quatuor faſciolis coloris ſanguinei croceo, flavo, & ſandaracato.

28. Concha Venerea ſimilis ſub n. 25. ſed coloris obductioris, & in ore vinacei.

29. Concha Venerea cum duabus faſciolis coloris cinerei, cum duabus maculis ſupra unamquamque partem extremam.

30. Concha Venerea, alba in ore de colore ſimili Catulorum Anglorum, diſtincta maculis rotundis cinerei coloris.

31. Concha Venerea nitidior, ſed cum maculis candidioribus.

32. Concha Venerea de albedine Eboris, cum ore levigato, atque anguſto cingulo craſſo circumdata per tranſverſum.

33. Duæ aliæ Conchæ de colore Auroræ, in dorſo verò maculatæ colore flavo, albo, & ſanguineo.

34. Duæ

Digitized by Google

N.34. Duæ Conchæ Venereæ diſtinctæ punctulis coloris nigri, caſtanei cerulei, & flavi cum duobus extremitatibus productioribus quam aliæ.

35. Concha Venerea tincta colore flavo, punctata verò colore caſtaneo obducto.

36. Concha Venerea de colore albo circumdata ſtellis vinacei coloris.

37. Concha Venerea ſtellulis circumdata cum exiguis maculis rotundis, coloris Margaritæ ſupra fundum coloris capillini clari depreſſa.

38. Concha Venerea cum fundo de colore Cinnamomi, albis, & elevatis ſtellulis cincta tanquam pellis vulgo dicta *Sagrì*: rariſſima.

39. Concha Venerea cum cono coloris marini clari rubeſcentis, cum maculis de colore *Caffè*, & ſuperivi ſignata de colore livido, frondis emortuæ, & albo.

40. Concha alba exigua ſtellulis ornata de colore purpuræ claræ.

41. Concha Venerea albi coloris circumducti, in dorſo verò macula admodum lata coloris Hyacintini cum punctulis coloris capillini obducti.

42. Concha Venerea cum ore albo & faſciola circumducta coloris caſtanei-fulvi; ſupra dorſum verò cernitur ſignata punctulis coloris albi, & capillini clari.

43. Concha Venerea circumducta colore caſtaneo claro, & in dorſo punctata colore rubro, & albo, cum quadam macula alba ſupra os in qualibet parte.

N.44. Concha Venerea cum plano oris de colore ceræ flavæ, ſuperius verò ceruleo, atque caſtaneo, cum aliquibus punctulis ſtellulis coloris albi, atque capillini obducti.

45. Concha Venerea ſimilis in dorſo coloris albi cum aliquibus maculis vinaceis.

46. Concha Venerea flavi coloris circa os, cum variis punctulis foras, cum dorſo verò albo lineato de colore cinereo.

47. Concha Venerea cum ore violaceo, dorſo verò cinereo cum punctulis albis.

48. Duæ Conchæ Venereæ cum oribus coloris ſanguinei, & cum dorſo circumdato colore rubro cupo, cooperto verò colore viridi ſignato punctulis albis, atque ſanguineis.

49. Concha Venerea cum ore obſcuro, & albo, in dorſo coloris caſtanei obducti, fundo autem albo ſignata punctulis coloris caſtanei clari.

50. Decem Conchæ Venereæ ſtellulis ornatæ cum ſignis, & punctulis ſupra dorſum de variis coloribus plus, minuſve claris, vel obſcuris.

51. Concha Venerea alba cincta circulis rubri coloris.

52. Concha Venerea cum ore coloris flavi-clari, ſignata punctulis coloris caſtanei fulvi, in dorſo verò albi.

53. Concha Venerea alba cum tribus faſciolis nigris ſupra dorſum.

54. Duæ Conchæ Venereæ coloris violacei clari cum ore albo &

D variis

Digitized by Google

variis punctulis coloris caſtanei.

N. 55. Concha Venerea cum ore flavo, dorſo autem citrino obducto cum punctulis aurei coloris, cum linea alba per tranſverſum.

56. Concha Venerea cum ore albo circumducta punctulis nigris cum dorſo coloris viridis, cum tribus faſciolis obductioribus & ſignatis punctulis coloris caſtanei.

57. Concha Venerea alba cum tribus faſciolis lividi coloris.

58. Concha Venerea cum ore coloris flavi diluti, cum punctulis obſcuris, dorſo verò albo, ornato ſemicirculis flavis claris.

59. Concha Venerea cum ore albo, admodum anguſto, atque clauſo, & ſupra duas apices maculata colore aureo, cum dorſo coloris cinerei cupi, & duabus faſciis ſemialbis.

60. Concha Venerea ſimilis, ſed dorſum eſt coloris caſtanei fulvi, cum lata faſcia in medio coloris achates.

61. Concha Venerea ſignata minutis punctulis coloris caſtanei clari ſupra aream albam cum quatuor faſciis punctatis de colore capillino, & quaſi circa planum nigro.

Aliæ Conchæ Venereæ pluſve minuſve coloratæ.

Cylindri variarum ſpecierum.

N. 1. Cylindrus magnus albus teſſellulis ornatus cum maculis latis nigris.

2. Cylindrus ſimilis, ſed mediocris.

N. 3. Cylindrus ſimilis inferior.

4. Cylindrus ſimilis etiam magis exiguus.

5. Cylindrus albus ornatus teſſellulis nigri coloris.

6. Cylindrus ſimilis cum teſſellulis magis exiguis, & in linea per ordinem ductis.

7. Cylindrus ſimilis cum iisdem teſſellulis, ſed minutiſſimis.

8. Cylindrus muſcatus cum exiguis maculis coloris caſtanei obſcuri ſupra tincturam croceam, & cum fundo albo.

9. Cylindrus conſimilis, ſed magis exiguus.

10. Cylindrus aſperſus colore flavo-viridi diluto, ſimulque ſanguineo croceo, & pullo per longum.

11. Cylindrus de colore albo, livido, viridiclaro, ac viridipullo.

12. Cylindrus ornatus teſſellulis coloris caſtanei in ſpiris in area alba, & in reliquis coopertus faſciolis flavis.

13. Cylindrus cum teſſellulis, lineis, & punctulis aurei coloris.

14. Cylindrus coronatus colore caſtaneo claro, cum punctulis albis

15. Cylindrus albus undatus colore capillino claro & ad medietatem coni, in quo reſtringitur, extat lineatus pluribus filis, quæ elevantur in plano.

16. Cylindrus cum maculis aurei coloris, atque crocei inſtar Conopei, cum labro revoluto ſupra corpus cum duabus faſciolis violaceis, & ſimul carneis. Rariſſimus.

17. Cylindrus cum maculis inſtar lunæ,

Digitized by Google

Lunæ, & punctulis in linea ordinata, ſignatus coloris flavi fulvi.

N.18. Cylindrus maculis ornatus quatuor colorum, videlicet albi, flavuli, violacei obducti, & caſtanei.

19. Cylindrus cum teſſellulis violaceis, & lineis croceis.

Duo alii Cylindri ſimiles.

20. Cylindrus albus cum maculis quæ præferunt figuram equorum, & aliorum animalium de colore caſtaneo claro.

21. Cylindrus coloris albi, rubri flavi obducti, atque terrei cum variis lineis.

21. Cylindrus magnus dictus ob ſuam magnitudinem, indutus opere texto acu more Turcarum.

22. Cylindrus ſimilis, ſed minor.

23. Cylindrus cum coloribus latioribus ſupra aream albam.

24. Cylindrus cum coloribus minutioribus quam ſupradicti.

25. Cylindrus coloris aurei, atque rubri.

26. Cylindrus nuncupatus Tulipanus.

27. Cylindrus nuncupatus Geographya.

28. Cylindrus cum punctulis coloris aurei obſcuri.

29. Cylindrus coronatus de colore Margaritæ cum duabus faſciolis aureis.

30. Cylindrus ſimilis, & inſuper aſperſus colore aureo.

31. Cylindrus coloris marmorei cum punctulis in linea ordinata ductis, coloris rubri.

32. Cylindrus item marmoreus cum maculis coloris aurei vivioris.

N.33. Cylindrus de colore caſtaneo claro, lineatus totus inſtar circulorum; quibus ſtringuntur Dolia, cum variis lineis longis interius ab apice ad fundum, cum ſua baſe quæ conſtat octo ſpiris ſimis.

34. Cylindrus de coloribus rubro, pallido, aureo, ceruleo, cum punctulis inſtar lineæ, intra os violaceum, & album.

35. Cylindrus candidus cum maculis coloris aurei, & obſcuri.

36. Cylindrus ſimilis minor, atque depreſſior.

37. Cylindrus albus totus inſtar Alabaſtri.

38. Cylindrus cum minutis punctulis coloris rubri obducti in lineis rectis.

39. Cylindrus cum punctulis, & maculis coloris caſtanei clari.

40. Cylindrus cum maculis ordinatim poſitis flavi coloris, depreſſus.

41. Cylindrus pictus opere Phrygio de coloribus albo, flavo, capillino, ceruleo, atque aureo inſtar pretexculorum.

42. Cylindrus aurei coloris pictus acu opere Flandro ſupra aream albam.

43. Cylindrus coloris violacei, caſtanei, atque margaritini cum punctulis eminentibus a medietate coni uſque ad locum ubi reſtringitur.

44. Cylindrus tinctus aqua turbata colore viridi cum duabus faſciolis per tranſverſum albis punctatis a teſſellulis nigris.

45. Cylindrus, qui præter duas faſciolas albas, ut ſupra appa-

Digitized by Google

rate ordinatim indutus cum eadem figura, quæ eſt ſub n. 1; & ſub n. 2; ſed coloris obſcuri.

N. 46. Cylindrus cum faſciola alba circum baſim, cum lineis nigri coloris.

Alius ſimilis cum faſciola in medio, & propè finem, reliqua coloris aurei.

47. Cylindrus ſimilis cum duabus faſciis, cum maculis coloris ſanguinei, & ſimul flavi obſcuri

48. Cylindrus minutim coronatus colore nigro in linea, cum punctulis aurei coloris ſupra aream albam de figura, & longitudine duorum Dactilorum: rariſſimus.

49. Cylindrus albus, levigatus atque undatus, colore aureo evaneſcente: rariſſimus.

50. Cylindrus aurei coloris cum duabus faſciolis albis puris.

51. Cylindrus rugatus, cum maculis albis ſupra fundum coloris caſtanei de figura Tulipani majoris.

52. 53. Duo Cylindri de colore alabaſtri, retati de colore aureo perlucido.

54. Cylindrus cum fundo ceruleo & maculis, ac punctulis de colore flavo obducto, & intra os totus violaceus.

55. Cylindrus albus cum figuris Avium ſanguinei coloris.

56. Cylindrus decem ſpirarum de ſubſtantia marmorea, cum duabus faſciis de colore Cinnamomi clari, & cum lineis obſcurioribus ſupra aream albam, rarus.

57. Cylindrus albus lineatus per tranſverſum cum maculis raris, quæ ſerpunt de colore caſtaneo.

N. 58. Cylindrus albus cum maculis coloris rubri, & caſtanei obducti, lineatus a medietate, uſque ad apicem, ubi reſtringitur.

59. Cylindrus aſperſus dilutis coloribus per girum cum filo albo punctatim diſceſſo in qualibet ſpira.

60. Cylindrus exiguus cum labro albo revoluto ſupra corpus cum ore tincto de colore violaceo, & albo, & corpore faſciis cincto, coloris aurei, atque violacei, & in fine inſtar Margaritæ ibi inſertæ.

Varii alii Cylindri variorum colorum, atque magnitudinum.

Strombi Variarum ſpecierum.

N. 1. Strombus, qui videtur de colore Margaritæ cum exiguo cingulo, vel potius monile Margaritarum filo trajectarum interius, exterius autem eſt penitus levigatus.

2. Strombus Margaritatus cum maculis viridibus.

3. Strombus ſimilis aliquantulum minor.

4. Strombus tuberoſus.

5. Strombus de colore Conchæ Margaritiferæ lineatus, admodum ſubtilis, & ſeptem ſpirarum ſub n. 6.

5. Strombus de colore Conchæ Margaritiferæ levigatæ, & ſubtilis.

7. Strombus coloris cinerei clari cingulo ornatus in qualibet ſpi-

ra

Digitized by Google

ra cum maculis rubris, in ore vero de colore Conchæ Margaritiferæ ſtriatæ.

N.8. Strombus circulis ſtrictus in omnibus ſpiris coloris terrei.

9. Strombus circulatus oſſei coloris, cum punctulis coloris rubri ſupra ſpiras.

10. Strombus circulatus coloris terrei.

11. Strombus, totus ordinatim circulatus Coraliis rubris, & albis elevatis.

12. Strombus oſſei coloris, ex quo pendet Coralium rubrum.

13. Strombus lineatus, cum puſtulis coloris albi, & obſcuri cum punctulis rubris.

14. Strombus octo ſpirarum, unaquæ quarum cincta apparet exiguis rimulis albi coloris punctatus per totum colore obſcuro, atque cinereo.

15. Strombus cum maculis rubris, & albis ſtriatus.

16. Strombus ſtellulis radians in baſi, & coronatus rimulis in omnibus ſpiris coloris terrei cum maculis rubris.

17. Strombus maculatus colore rubro obſcuro, in ore autem de colore Conchæ Margaritiferæ.

Varii alii Strombi grandes, & exigui variorum colórum.

Trochi Variarum ſpecierum.

N. 17. Trochus Indicus, inferius undatus colore Margaritino, & roſeo, ſuperius verò punctatus ſanguineo obſcuro in area alba.

18. Trochus longævus teſtæ admodum gravis ponderis, aſperſus puſtulis, atque ſcrobibus terrei coloris, cum induſio, in quo conſpiciuntur exiguæ Tellinæ inſertæ.

N. 19. Trochus ſimilis, in quo inſerti varii lapilli inſpiciuntur.

20. Trochus muſcatus ſubtilis.

Alii Trochi variorum colorum.

Neritæ Variarum ſpecierum.

N. 1. Nerita exiguis cooperta Coraliis minutim elaboratis.

2. Nerita texta minuto funiculo albo in area coloris caſtanei clari, & ſupra corpus prætérfluit duplicamentum alborum prætextulorum: ſingulæ ejus ſpiræ ſtellulis ornatæ cernuntur.

3. Nerita cum fundo terreo cum tribus faſciolis nigris elaboratis inſtar finiſſimi retis.

4. Nerita cum fundo flavo, & duabus faſciis nigri retis ſtrictioribus quam ſupradictæ.

5. Nèrita alba elaborata inſtar exuvie Colubri cum labro dentibus armato.

6. Nerita alba, minutim lineata tota de colore Tigris.

7. Nerita coloris flavi-clari cum filis per longum nigris, & raris.

8. Nerita tota de colore Eboris depreſſa.

9. Nerita cum punctulis albi, & vinacei coloris, cum lineis nigris: inſpicitur in medio corpore faſciola alba.

10. Nerita alba, ſupra quam cernuntur ſeptem lineæ nigræ Galericuli incompti.

11. Ne-

Digitized by Google

N.11. Nerita ſimilis, & ex altera parte involuta retibus nigris.

12. Nerita minutis involuta retibus, de colore floris Amaranthy, cum faſciola alba in medio corpore.

13. Nerita cum punctulis ſanguinei coloris circumdata lineis nigris, & in medio faſciola albi coloris.

14. Nerita de colore Marmoris Porphyritici, albis ſtellulis radians.

15. Nerita involuta minutiſſimo rete albo, atque vinaceo.

16. Nerita ſimilis alba & pulla.

17. Nerita de colore Oleæ tabefactæ lineis nigris ornata per longum.

18. Nerita exigua variorum colorum, & linearum.

19. Nerita marmorea cum maculis ceruleis.

20. Nerita de colore Oleæ, in qua ſerpit filum ſubtile nigri coloris.

21. Nerita de eodem colore in qua ſerpit color, & retes nigri coloris.

22. Nerita vivaciſſimis coloribus ornata, nimirum nigro, albo, & corallino, nuncupata Limax Pharaonica, cum ore admodum anguſto, & crenis ſignato in ambobus labris, & candida. Aliæ Neritæ ſexdecim ſimiles; & aliæ viginti variarum ſpecierum, atque colorum.

Purpuræ Variarum ſpecierum.

N. 1. Purpura Rubri Maris, cum longo canale ſupra os, alba atque levigata in parte interiori, in exteriori verò tumens cum diverſis rimulis de coloribus ſanguineo, roſeo, albo, atque fulvo.

N. 2. Purpura ſimilis, ſed coloris obductioris.

3. Purpura cum aliqua ſpina in canale.

4. Purpura Hiſtrix marinus, ſeu Purpura aculeata in triangulum.

5. Duæ Purpuræ cum ſpinis rarioribus ſimiliter in triangulum.

6. Purpura cum ſpinis brevioribus in triangulum, & ore lineato.

7. Purpura de colore fulvo, luteo, atque livido cum faſciolis albis.

8. Purpura albi coloris cum faſciolis tinctis colore croceo.

9. Purpura albi coloris minutim aſperſa colore ceruleo.

10. Duæ Purpuræ grandes marmoreæ ponderoſæ, & ſolidæ: tota earum ſuperficies apparet ſtriata cum ſulcis profundis in triangulum.

11. Purpura ſimilis inferior.

12. Purpura cum duobus canalibus in foras tanquam Tubus coloris terrei.

13. Purpuræ decem cum variis ſtriis plus, minuſve longis.

14. Purpura triangularis cum faſciolis in pluribus ordinibus diſtinctis echinatis, ac totis nigri coloris, & fulvi in area alba lineata de obſcuro colore cum ore albo, atque cinerei coloris ſub n. 15.

14. Purpura triangularis cum faſciis in pluribus ordinibus diſtin-

ſtinctis echinatis, & totis de colore nigro, ac fulvo.

N.16. Purpura ſimilis cum appendicibus clarioribus cum lineis elevatis, & colore ſanguineo obducto.

17. Quatuor Purpuræ ſimiles, ſed coloris clarioris.

18. Sex Purpuræ gibboſæ pluſve minuſve grandes.

19. Purpura ſimilis, ſed magis exigua, ex Indis.

20. Purpura Africana Ventricoſa.

21. Duodecim Purpuræ echinatæ albæ excavatæ cum duobus labris ſubtilibus.

22. Tres Purpuræ magnæ cum ventre tumentiore quam aliæ & cum appendicibus acuminatis, ſicut Cornua Bovum; deferuntur ex America.

23. Purpura ramata obſcura cum ore pallido, labro vero aureo.

24. Purpura coloris terrei obducti cum ore ſulcato de colore albo atque violaceo.

25. Purpura cum quinque ſulcis echinatis ſupra corpus de colore cinereo.

26. Purpura de coloribus fuſcis, & fulvis exterius, interius verò de colore Amathiſti, & violaceo.

27. Purpura ſpinoſa sfumata aurei coloris, cum labro revoluto ſupra corpus, & dentibus munita.

Buccinæ Variarum ſpecierum.

N. 1. Buccina de quatuor orbium convolutionibus, interius lividi & albi coloris cum fundo coloris rubri accenſi.

N.2. Buccina ſimilis punctata colore albo atque rubro evaneſcente.

3. Buccina ſex orbium convolutionum lineata per tranſverſum, cum minutiſſimis filis, interius albi, exterius autem aurei coloris.

4. Buccina exterius terrei, interius coloris lividi cum funiculo in altero labrorum; alterum verò terminat cum pliationibus, & ſulcis ſerpentibus.

5. Duæ Buccinæ ſex orbium volutionibus, in parte interna apparent aſperſæ lacte quodammodo velato, cum colore violaceo diluto, in externa variis cernuntur maculis conſperſæ coloris ſanguinei in area lactea.

6. Buccina ſimilis major minutis funiculis circumdata in ſingulis volutionibus.

7. Sex Buccinæ magnæ variis punctatæ coloribus, nempe capillino, caſtaneo obſcuro, claro, atque albo, & etiam vinaceo.

8. Buccina levis, levigata.

9. Buccina funiculata.

10. Buccina Americana magna, punctis ſignata inſtar Teſtudinis, ſulcata per tranſverſum, atque dentibus armata.

11. Buccina Americana mediocris, coloris vivioris quàm ſupradicta de quatuor volutionibus funiculatis ſupra ſingulas earum dentibus munita, circa os coloris albi mixti cum obſcuro, intus autem coloris violacei lividi, atque aurei.

12. Buccina magis exigua cum teſſellulis coloris caſtanei clari.

13. Aliæ Buccinæ ſimiles, ſed minores.

14. Buc-

Digitized by Google

14. Buccina de ſex volutionibus, lineis ducta per tranſverſum in minutiſſimis filis, quæ ab apice uſque ad extremitatem implicantur volutionibus, interius eſt albi coloris, exterius autem ut color Tophi.

Variæ aliæ Buccinæ variorum colorum, atque figurarum.

Murices Variarum ſpecierum.

N. 1. Murex Americanus longitudinis palmi, interius coloris roſei clari, ex ſingulis volutionibus emittit ramos ſimiles ramis Quercus.

1. Murex ſimilis paulò minoris longitudinis.

2. Murex ſimilis, ſed in ore lactei coloris.

3. Tres Murices pendactili propter ſex appendices quibus ornatur, circa labrum eſt coloris crocei cum punctulis.

4. Octo Murices ſimiles cum volutionibus levigatis, & ore anguſtiore, & variorum colorum.

5. Murex ſimilis, ſeptem ornatus appendicibus: rarus.

6. Murex magis exiguus in mole ſed cum appendicibus plicatis, atque clauſis in ore, lineato pallidi coloris ſupra fundum album.

7. Murex Perſicus faſciolis cinctus, ita dictus ex duplici ordine faſciolarum, quibus ab apice uſque ad fundum decoratur, cum ore prorſus pleno lineis vinaceis.

8. Murex levis cum tuberculis in volutionibus.

9. Murex coronatus albi coloris.

N. 10. Murex triangularis albus.

11. Murex ſimilis, ſed cinerei coloris.

12. Murex mucronibus ſtipatus cum filis ſubtiliſſimis, ſingulis aurei coloris admixti cum fulvo, albo, atque livido, cum maculis ſanguineis, & circa os circulis ſeptus.

13. Murex roſtratus cum fundo cinereo claro cum gyris obſcuris.

14. Duo Murices ſimiles, cum fundo de colore Oleæ, cum gyris coloris caſtanei obducti.

15. Murex ſimilis grandior.

16. Murex coronatus albi lividique coloris.

17. Murex roſtratus cum teſſellulis coloris flavi-fulvi.

17. Murex ſimilis aurei coloris, cum fundo albo.

18. Murex aculeatus grandior cum tribus ordinibus.

19. Murex minor ſimilis.

20. Murex ſimilis inferior cum unico ordine aculeorum.

21. Murex Muſica obſcurus.

22. Murex Muſica clarior cum labro punctato nigri coloris.

23. Murex Muſica minutis punctulis ornatus.

24. Murex Muſica colorum variorum.

25. Quinque Murices ſimiles plus minuſve claris cum lineis duplicatis.

26. Murex ſimilis cum punctulis, & lineis denſioribus, cum teſſellulis etiam minutioribus.

27. Murex ſimilis, ſed clarior.

28. Murex lineatus, punctatus, nec non maculatus colore fuſco.

29. Mu-

Digitized by Google

N. 29. Murex Muſica flavi coloris propè labrum, ſignatus, atque punctatus colore fulvo, lineatus verò caſtaneo; eſt grandioris magnitudinis.

30. Murex mucronatus cum rimulis acuminatis, & perforatis in medio, coloris aurei, atque ſanguinei in ore.

31. Murex coloris carnei clari cum ore flavo.

32. Murex aurei coloris clari, in ore autem flavi fulvi.

33. Murex globulis, & craſſis puſtulis ſtipatus ſine regula diſperſis, & ore levigato.

34. Murex ſimilis cum interiore labro variis faſciolis cincto.

35. Murex Indicus auritus.

36. Murex cum roſtris acuminatioribus quam alii, undatus colore albo, & fulvo, cum ore lactei coloris.

37. Murex ſimilis multo grandior, ſed cum roſtris minus acutis.

38. Murex roſtratus, coronatus, atque rugatus cum teſſellulis aurei coloris, cum ore albo, & labro ſulcato.

39. Murex ſupra aream albam quaſi accenſus igneo colore.

40. Murex marmoreus, cum teſſellulis, & lineis rubris, cum punctulis coloris caſtanei clari.

41. Murex uncinatus, ſeu potius Rubeta Marina cum ſex appendicibus, cum teſſellulis coloris caſtanei fulvi lineatus, & tuberculis refertus ſupra corpus, cum ore anguſto rugato, coloris albi atque ſanguinei.

42. Murex auritus de ſubſtantia craſſa, & cum dorſo ſulcato per tranſverſum.

N. 43. Murex ſimilis cum ore albo, & ſanguineo, ſuperius autem rugis circumſepto, coloris albi atque terrei.

44. Murex alatus, ſulcatus per tranſverſum cum ſeptem volutionibus ſpirarum, unaquæque quarum apparet denticulata, & ab altera diviſa conchiliati coloris exterius, interius vinacei clari.

45. Murex candidus cum ore anguſto, cum dorſo altè ſulcato, cum tuberculis ordinatim diſpoſitis.

46. Murex ſimilis inferior cum colore flavo cum teſſellulis albis.

47. Murex cum appendicibus complicatis.

48. Murex cum longa faſcia nigri coloris ſecus labrum per longum, propè cujus apicem effingitur quaſi ſemilunaris figura, interius ſanguinei, exterius verò albi coloris cum faſciolis aureis.

49. Murex cum lata auricula, interius coloris roſei pleni.

50. Murex ſimilis cum auricula magis exigua.

51. Murex cornibus ornatus, & alii variarum ſpecierum magni, & ponderoſi.

52. Murex coronatus cum faſciolis aurei coloris.

53. Murex albus, ſed exiguus de craſſa ſubſtantia, & ſolida cum labro craſſo, & amplo, & plano cum volutionibus inſtar particulæ, vel folliculi.

No.

Digitized by Google

Series Teſtaceorum, aliarumque Rerum Naturalium, quæ in petram converſæ ſunt.

N. 1. } Duo lapides fungarii, ſive
2. } duo Fungi petrefacti, ex Sinis, extraordinariæ magnitudinis.

3. Fungus alter petrefactus ex Mare Rubro, rarus ob ſuam magnitudinem.

4. ad 33. } Alii triginta Fungi ſimiliter petrefacti, quidam depreſſi. Alii in girum ſerpentes. Alii concavi, aliarumque ſpecierum, grandes, & exigui.

34. Tres Fungi pariter petrefacti ſimul juncti, quaſi unus.

35. ad 53. } Decem, & octo Maris Rubri Arbuſculi petrefacti variarum ſpecierum, atque magnitudinum.

54. Alcionum, ſeu potius Spongia ſtellulis ornata.

56. Alcionium digitatum.

57. Alcionium piramidale, ſeu molle, & poroſum.

58. Alcionium, ſeu potius cerebrum Marinum.

59. ad 74. } *Sexdecim ſpecies aliorum Alcioniorum vere ratiorum.*

75. Arbuſculus vel Reticula Marina, ſeu potius Flabellum Mexicanum, Planta ſolidiſſima.

76. Os Canchri, ex America.

77. Cornu Tauri petrefactum.

78. ad 87. } Decem Cornua Ammonis, grandia, & exigua: Inſuper velut acervus ipſorum.

88. Unicum Cornu Rhinocerontis petrefactum.

N. 89. 90. 91. } Tria Cornua Rhinocerontis, ſed non petrefacta, ex quibus unum longum eſt tribus palmis.

92. ad 121. } Triginta Criſtalli variarum ſpecierum grandes, & exiguæ cum parte ſui ortus, quædam earum mixtæ Amethiſtis, aliæ verò cum variis curioſitatibus intus.

122. ad 151. } Coralium rubrum invariis Rimulis, quidam ſupra ligna, ſupra Conchas, ſupra fragmenta Teſtarum, & ſupra alia Teſtacea.

152. Coralium album, ſeu potius Raphanus, conſtans ramulis, ſive truncis duodecim, & amplius, qui ſunt craſſi æquè ac brachium hominis, alii verò magis quam brachium, de pondere librarum ſexaginta, rariſſimum ob ſuam magnitudinem.

153. 154. 155. } Varii alii Trunci ſive ramuli Coralii, pluſve minuſve alti, vel craſſi.

156. Coralium album in variis ramulis diſtinctum.

157. Coralium terreum rugatum, & nigro colore diſtinctum.

158. Corallium nigrum craſſum æquè ac brachium hominis, nuncupatum Antipa: Sevada: Giojetto.

159. Unicum Coralium album, nigrum, & rubrum ſimul.

160. Cauda Piſcis dicti Arzilla, longa quatuor cubitis.

161. Unicum Coralium album, & rubrum ſimul.

162. Citrea mala Montis Libani, grandia, & exigua.

Digitized by Google

N.163. Dens exterior Elephantis calcinatus, nuncupatus Ebur ſubtile.
164. Tria fragmenta Mandibulæ Elephantis petrefacta.
165. Unica, & ferè integra maxilla Elephantis petrefacta.
166. Alia maxilla ſimilis nuncupata Achates Felcite: rariſſima.
167. Unica Cochlea orbicularis exterior ex auricula Elephantis.
168. Unica Cochlea orbicularis ex auricula Piſcis Balenæ juvenis, atque femininæ.
169. Denteș Piſcis Lamiæ admodum grandes, petrefacti.
170. Varii alii dentes ipſius Piſcis in Lapide innexi, nuncupato ſilex: curioſitas hæc valde rara.
171. 172. 173. Tres dentes Hyppopothami marini immoderatæ magnitudinis.
174. Dens unicus Equi marini magnus valde.
175. Alius dens ſimilis minor.
176. ad 195. Viginti Echini variarum ſpecierum petrefacti, & unus magnitudinis extraordinariæ.
196. Unus Echinus plenus lapide ſilice majori.
197. 198. Aliique duo Echini ſpeciei diſſimilis.
199. Cancer integer, qui ducit circumferentiam unius cubiti, & quartæ partis.
200. 201. 202. Junci Lapidei plurimi in variis acervis.
203. Hypocampi, vel exigui Equi marini.
204. Unica lingua Bovis calcefacta.
205. Alia lingua, quaſi integra Bovis, ſive potius Equi petrefacta: rariſſima.
N.206. Limo, ſive malum Limonium marinum arefactum.
207. Varia fragmenta Mileporarum, planta ſaxea ſubtiliſſimè elaborata inſtar retis.
208. Madreporæ marinæ.
209. Retiporæ marinæ.
210. Duæ Majæ marinæ cum duobus capitibus inſtar criſtæ exigui Galli.
211. 212. 213. Unica Nux Indica extraordinariæ magnitudinis.
Duæ aliæ nuces inferiores.
214. Tria oſſa de cauda Paſtinacæ marinæ, quibus oſſibus Priſci utebantur pro acumine Jaculi.
215. Duo oſſa de membro genitali Urſi albi.
216. ad 229. Quatuordecim ſpecies Tophorum Juvenci, vel potius Bovis.
230. Sex Ova Struthiocameli.
231. Unicum Saxum Tophi de pondere octo librarum, in quo inſpiciuntur petrificatæ variæ Cocleæ, Cappæ, Tellinæ, Conchæ, Turbines, ſingulæ de magnitudine nucis.
232. Aliud fragmentum Saxi ſimilis cum variis ſpeciebus minutiſſimorum Teſtaceorum petrefactorum.
233. 234. 235. 236. Variæ ſpecies Lapidum ex Paleſtina, in quibus impreſſi cernuntur varii Piſces marini.
237. ad 266. Triginta, & ultra fragmenta ex Lapide ſtellario, & celebritæ, quæ ſunt pluriſmæ ſpecies admodum raræ.
267. Unicum fragmentum de petra ſilice, habet intus figuram

Digitized by Google

quaſi cucurbitæ, inſtar pruni conditi, eſt autem Echinus.

N.268. Aliud fragmentum de dicta petrâ ſilice cum dactilis marinis petrefactis.

269. Unicum fragmentum de petra ſtellaria cum dactilis marinis innexis.

270. ad 282. Sex Buccardiæ petrefactæ exiguæ, & magnæ.

283. Unica Petra Encardia de magnitudine Limonis in forma orbiculari, ſupra quam cernuntur impreſſi varii ſemicirculi, ac ſi elaborati fuiſſent cum ungue hominis.

284. ad 289. Sex Petræ Arboritæ variarum ſpecierum.

290. ad 295. Petræ Cruciferæ variarum magnitudinum.

296. Petra inventa in renibus Piſcis Arzillæ, quæ effingit duos Soles; unde nuncupari poteſt Petra ſolaris.

297. ad 302. Sex Petræ Judaicæ grandes, & exiguæ, quæ revera ſunt ſpinæ Echinorum petrefactæ.

303. Petra de Deſerto, per quod tranſeunt qui a Cairo ad Rubrum Mare pergunt, ſecta per medium, & inventa concava, ornata ſucco petrifico, quæ nuncupari poteſt Petra aquilina gravida, ſeu ventricoſa, exterius coloris terræ fuſæ.

304. ad 313. Decem Petræ admodum grandes, exterius cinerei coloris, intus vero concavæ, plenæ pariter ſucco petrifico, delatæ ex Cypro.

314. ad 319. Sex aliæ Petræ minores ex eadem Inſula, admodum curioſæ.

320. ad 325. Sex Petræ Aquilinæ grandes, & exiguæ.

326. 327. Duæ Petræ rotundæ, & magnitudinis denari unius, refertæ circulis, nuncupatæ Monetæ Lapideæ.

328. ad 333. Sex Petræ exiguæ, & magnæ obſcuri coloris, puſtulis refertæ, nuncupatæ Denarii Diaboli.

334. 335. Petra Varolata duplicis ſpeciei.

336. 337. Duæ Petræ Alcionium Corallinum, ſive potius tophuli corallini, ex Mare rubro, una ex dictis petris eſt pondere ſexdecim Librarum, altera duodecim; ambæ admodum raræ, nuncupatæ Tabularia purpurea ſive Alcyonium Mileſium.

438. Petræ ocularis plurima fragmenta.

339. Petra Ceraunia.

340. Petræ quadratæ plurima fragmanta.

341. 342. 343. Petra Amianthus, ſeu ſit linum Abeſtinum, trium ſpecierum.

344. ad 347. Petra Chouvre plurium ſpecierum.

348. Petra Nephritica.

349. 350. 351. Petræ Fulminares, magnæ & exiguæ.

352. Petra Malacenſis, ex Hiſtrice.

353. Petra Beelemitis.

354. Petra Ethiuchitis.

355. Petra Stillaritis.

356. Pe-

Digitized by Google

N.356. Petra Lenticularis.
357. Petra Aſtrhoite.
358. Petra Bufonite.
359. Pumex Spumoſa.
360. Petra Bononienſis, ex qua fit Phoſphorus.
361. } Lapides Beſoardici, ex his
362. } plurimi
363. } Orientales
364. } Occidentales,
365. } & ex Goa, aliqui admodum rari.
466. Petra Enaſtri.
367. } Petra Dichonus de duabus
368. } qualitatibus, nempe de Chalchedonio, & Jaſpide.
369. Petra Trochite.
370. Petra Ætite.
371. Pinna Marina rara obſcuri coloris.
372. Alia Pinna rubri.
373. Piſcis verus Remora nuncupatus, ſive Echenei.
374. Cameleontes variarum ſpecierum.
375. Pilæ Marinæ rotundæ.
376. Piſcis Guamajacus Americanus cum ore valde anguſto, atque duobus cornibus in capite, & cum maculis referentibus figuras Inſularum.
377. Quatuor ſpecies Piſcis manus.
378. Piſcis Hirundo nuncupatus ex Mare Rubro, cum cucullo ſupra collum, ore dentibus munito, capite vero curto.
379. Alter Piſcis hirundo ex Mediterraneo cum capite longo levigato, & abſque dentibus.
380. Piſcis Hiſtrix dictus, ſive ſpina Americana.
381. Piſcis Stellatus Americanus.
382. Piſcis Rana cum cauda.
383. Rana Piſcatoria Marina.
N.384. Piſcis Aquila cum oculis propè aures.
385. Piſcis Corona ſine capite.
386. Quidam Scinchi ex Nilo.
387. Unicum fragmentum Penis Balenæ.
388. Petra digitata.
389. Humerus, ſive Scapula Piſcis Capitolii Marini.
390. Unicus dens ſupradicti Piſcis valde magnus.
391. Alter dens ſimilis, ſed minoris magnitudinis.
392. Quædam ora exigua Piſcis Lamiæ.
393. Caput Piſcis Canis.
394. } Crocodilus admodum craſ-
395. } ſus.
396. } Alii duo minores, probe ſervati.
397. Duo exigua ora Piſcis Delphini.
398. } Tria Cornua Unicorni Ma-
399. } rini: duo ſunt longitudinis
400. } duodecim palmarum ſingula, aliud octo.
401. Tres Plantæ Marinæ albæ, nuncupatæ Pinnaria.
402. Quatuor Plantæ Androſaceæ Marinæ, quæ naſcuntur ſupra petras.
403. Unica Tibia Bovis petrefacta ſimul cum medulla.
404. Cancer integer petrefactus.
405. Alius quaſi integer.
406. Fragmentum Coxendicis Bovinæ petrefactum.
407. Fragmentum exuviæ Anguis petrefactum.
408. ad 413. } Stellæ Marinæ variarum ſpecierum, magnæ, & exiguæ, inter quas una refert ſeptem radios admodum longos.
414. Unica ſpata, ſeu enſis Piſcis

ſerræ

ſerræ quæ ex ſingulis partibus refert vigintiquatuor dentes.

N.415. Alia minor quæ refert vigintiquinque dentes.

416. Unicus Scarabeus ex Mexico grandior illo, qui deſcribitur, & figuratur a Jacobo Petiver Londinenſe.

417. Unicum caput Capreoli Marini.

418. Unica Roſa ex Jerico admodum magna, ſeu ſit Amomum Antiquorum falsò Aſpalatum, ſeu Viola.

419. Fungus Tuber areſactus, pondere quinquaginta vel ſexaginta Librarum, nuncupatus etiam Tuber fungaris.

420. Unicum os de fronte Piſcis Spathæ.

421. Farrago Ariſtotelis figurata ab Imperato.

422. Nix petrefacta, ſive Tartarus aqueus.

423. Culter Indicus, ex petra ſilice.

424. Cornu Cervi petrefactum.

425. Cornu Hædi petrefactum.

426. Columna Coclite, ſive Hedera in girum.

427. Petra Tartara converſa in figuram frondium.

428. Petra Tartara in figuram Lini

429. Porus Anguinus, vel Adarce, qui creatur in aquis ſalſis.

430. Tartarus Aqueus de colore Tophi.

432. Muſcus Petroſus.

433. Fungus Glaphirus.

434. Cruciphòrus, Fructus Indicus.

435. Ima Auricularis Indica.

436. 437. 438. 439. 440. Phaſeli: Piſa Indica variarum ſpecierum.

441. Coralliola ex Egypto, & ex Braſilia.

442. 443. Duo Aves dictæ de Paradiſo, quarum altera cum pedibus, & altera ſine, nuncupatæ etiam Paſſeres Solis; & Manucodiata, quod ſignificat Avis Dei.

444. ad 700. Murices. Turbines. Buccinæ. Cylindri. Conchæ Venereæ. Cocleæ. Tellinæ. Conchæ. Dactili. Pectines. Nautili. Cappæ. — ex his omnibus ſunt 260. omnia integra, atque optime ſervata, & cuſtodita.

Variæ præterea ſpecies Metallorum, Fructuum, Seminum ex India, inſuper Vegetationum, & Petrificationum, & aliæ res rariſſimæ, quæ ſpecies numeratæ, faciunt circa N. 2000.

INDEX

Digitized by Google

INDEX.

PRIMA CLASSIS

De Teſtaceis Univalvis non Turbinatis.

Nautili, pag. 4.
Patellæ, 4.
Dentales, & *Antales*, 4.
Balani, 4.
Echini, 4.
Tubuli Vermiculares, 4.

SECUNDA CLASSIS

De Teſtaceis Bivalvis.

Conchæ, pag. 5. 6. 7. 8. 9.
Pectines, 5. 6.
Teſtacea, 6.
Pinnæ, 6.
Balani, *ſeu Pholades*, 6.
Dactili, 6.
Muſculi, 6.
Conchilia, 7. 8. 9.
Tellinæ, 6. 7.
Camæ, 7. 8.

TERTIA CLASSIS.

De Teſtaceis Univalvis Turbinatis.

Cochleæ, pag. 9. 10. 11. 12. 13.
Turbines, 13. *uſque ad* 23.
Conchæ Venereæ 23. *uſque* 26.
Cylindri, 26. 27. 28.
Strombi 28. 29.
Trochi 29.
Neritæ, 29. 30.
Purpuræ, 30. 31.
Buccinæ, 31. 32.
Murices, 31. *uſque ad finem*.

LIBURNI.

Ex Typographia Antonii Santini, et Sociorum.

MDCCLII.

93 27573

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google